Miser es, ubicumque fueris et quocumque te verterit, nisi ad Deum te convertas. Quid turbaris, quia non succedit tibi, sicut vis et desideras? Quis est, qui habeat omnia secundum suam voluntatem? Nec ego, nec tu, nec aliquis hominum super terram. Nemo est in mundo sine aliqua tribulatione vel angustia, quamvis Rex sit vel Papa. Quis est, qui melius habet? Utique qui pro Deo aliquid pati valet. Dicunt multi imbecilles et infirmi: Ecce, quam bonam vitam ille homo habet, quam dives, quam magnus, quam potens et excelsus! Sed attende ad cœlestia bona, et videbis, quod omnia ista temporalia nulla sunt, sed valde incerta et magis gravantia, quia nunquam sine sollicitudine et timore possidentur. Non est hominis felicitas,

habere temporalia ad abundantiam, sed sufficit ei mediocritas. Vere miseria est vivere super terram. Quanto homo voluerit esse spiritualior, tanto præsens vita fit ei amarior; quia sentit melius et videt clarius humanæ vitæ corruptionis defectus. Nam comedere, - bibere, vigilare, dormire, quiescere, laborare et ceteris necessitatibus naturæ subjacere, vere magna miseria est et afflictio homini devoto, qui libenter esset absolutus et liber ab omni peccato. Valde enim gravatur interior homo necessitatibus corporalibus in hoc mundo. Unde Propheta devote rogat, quatenus liber ab istis esse valeat, dicens: De necessitatibus meis erue me, Domine. Sed vae non cognoscentibus suam miseriam; et amplius vae illis, qui diligunt hanc miseriam et corruptibilem vitam. Nam in tantum quidam hanc amplectuntur, (licet etiam vix necessaria laborando aut mendicando habeant) ut, si possent hic semper vivere, de regno Dei nihil curarent. O insani et infideles corde, qui tam profunde in terrenis jacent, ut nihil nisi carnalia sapiant. Sed miseri adhuc in fine graviter sentient, quam vile et nihilum erat, quod amaverunt. Sancti autem Dei et omnes devoti amici

Christi non attenderunt, quæ carni placuerunt, nec quæ in hoc tempore floruerunt; sed tota spes eorum et intentio ad æterna bona anhelabat. Ferebatur totum desiderium eorum sursum ad mansura et invisibilia, ne amere visibilium traherentur ad infima.....

O quanta fragilitas humana, quæ semper prona est ad vitia. Hodie eonfiteris peccata tua, et cras iterum perpetrās confessa. Nunc proponis cavere, et post horam ita agis, quasi nihil proposuisses. Merito ergo nos ipsos humiliare possumus, nec unquam aliquid magni de nobis sentire; quia tam fragiles et instabiles sumus. Cito etiam potest perdi per negligentiam, quod multo labore vix tandem acquisitum est per gratiam. Quid fiet de nobis adhuc in fine qui tepescimus tam mane? Væ nobis, si sic volumus declinare ad quietem, quasi jam pax sit et securitas, cum necdum appareat vestigium veræ sanctitatis in conversatione nostra. Bene opus esset, quod adhuc iterum instrueremur, tanquam boni novitii, ad mores optimos; si forte spes esset de aliqua futura emendatione et majori spirituali profectu.

### 人生患難の考察.

汝は何處にゐても又何方に身を向けても、神に歸向しなければ、可哀相な者であらう。汝は何故に事の意の如くならぬを憂ふるか？何事も意の如くなる者は誰がある。汝も、我も、地上の人も皆萬事不如意である。此世に於ては誰でも憂苦艱難を免れない、國王でも教皇でも然うである。より善い者は誰か云へば、確に神の爲に何事かを忍び得る者である。多くの劣弱無智の人は語つて曰ふには：あの人はいかに幸福な生活をしてゐるだらう、いかに富裕、いかに尊大、いかに有力にして且高貴であらうと！然し天上の幸福を考へて御覽、現世の幸福は皆空であつて、心配もなく氣遣もなく所有してゐられぬから、甚だ不確實にして且人を疲勞せしむる重苦であることを知るであらう。現世の物を浮山持つてゐることは、人の幸福ではない、適度であれば充分である。地上に生きてゐることは眞個に患難である。人は靈的の人になればなるほど、現世は彼に厭になる；其譯は人生の腐敗の缺點をより善く感じ、より明に知るからである。飲むこと、食ふこと、覺めてゐること、寐ること、休むこと、働くこと及び他の自然の必要に服ふこと等は、地の一切の羈絆を離脱して、凡ての罪惡より解放されやうとする敬虔な人にとつて實に患難であり辛苦である。何ぜなれば内的人〔道心の人〕は此世に於て肉體の必要の爲に非常に苦められてゐるからである。それ故豫言者は此等から離脱されんことを熱心に祈求して“主よ、我を必要より救ひ給へ”と曰つた。然るに己が患難を知らない者は可哀相である；斯う云ふやうな患難に憫まされてゐる滅び易い生命を愛してゐる人々は尙更に可哀相である。何ぜなれば（働き或は乞食しつゝ漸く必要な物を得るにも拘らず）こんな生命を非常に愛好して、若も現世にいつまでも生存へてゐられるならば、天國のことなど毫末も顧慮しないものがある。嗚呼肉慾の外何を味はぬ程、地上の物に汨没して

ある者は、狂愚にして且敬神の心のない者である。然し可哀相な彼等は、自分等の愛した所のものが如何に賤しく且空しきかを感じて尙更に苦むであらう。神の聖者達や基督の敬虔な良友達は、肉體を悦ばしむるものや、一時榮えるものなどに見向きもせずして、滿腔の意望を傾けて永遠の幸福を渴仰した、彼等の全心には、見得る物の愛好の爲地に下向せしめられぬやうに、見得べからざる永久物に高く向上されてゐた。噫、人生の脆弱なる、いつも惡に傾いてゐる！今日汝の罪を告白して、明日復其の告白した罪を犯す。今氣をつけると決心しつ、一時間の後には、何にも決心しなかつたやうな行爲に出づる。吾等は斯くまで脆弱にして且定まりなき者であるから、謙遜して、自ら誇ることの出来ないのは至當の事である。聖籠に依り多年の勞苦を以て漸く求め得たものを、怠慢によつて忽ち失つて了ふことも出来る。吾等は朝よりして斯く冷却するならば、夕には怠るなるであらうか？吾等の言動の裡に眞正の聖徳の跡さへ見はれないのに、既に平和安穩であるかの如くに、安息を得たいと思ふならば、不幸である。若も將來の改過遷善と精神的大進境との希望があるさすれば、吾等は新進の修道士の如く、最善の徳行に改めて養成さるゝ必要があらう。

### (III)

#### De meditatione mortis.

Valde cito erit tecum hic factum; vide aliter quomodo te habeas: hodie homo est, et cras non comparet. Cuius autem sublati fuerit ab oculis, etiam cito transit a mente. O hebetudo et duritia cordis humani, quod solum praesentia meditatur, et

futura non magis praevidet! Sic te in omni facto et cogitatu deberes tenere, quasi statim esses moriturus. Si bonam conscientiam haberes, non multum mortem timeres. Melius esset peccata cavere, quam mortem fugere. Si hodie non es paratus, quomodo cras eris? Cras est dies incerta, et quid scis, si crastinum habebis? Quid prodest diu vivere, quando tam parum emendatur? Ah! longa vita non semper emendat, sed saepe culpam magis auget. Utinam per unam diem bene essemus conversati in hoc mundo! Multi annos computans conversionis, sed saepe parvus est fructus emendationis. Si formidolosum est mori, forsitan periculosius e. it diutius vivere. Beatus, qui horam mortis suae semper ante oculos habet, et ad moriendum quotidie se disponit. Si vidisti aliquando hominem mori; cogita, quia et tu per eandem viam transibis. Cum mane fuerit, puta te ad vespere non perventurum. Vespere autem facto, mane non audeas tibi polliceri. Semper ergo paratus esto, et taliter vive, ut nunquam imparatum te mors inveniat.....

Quam felix et prudens, qui talis nunc nititur esse in vita, qualis optat inveniri in morte!.....

Ah stulte, quid cogitas te diu victurum, cum nullum diem habeas hic securum? Quam multi decepti sunt; et insperate de corpore extracti! Quoties audisti a dicentibus, qui ille gladio cecidit, ille submersus est, ille alto ruens cervicem fregit, ille manducando obrigit, ille ludendo finem fecit? Alius igne, alius ferro, alius peste, alius latrocinio interiit; et sic omnium finis mors est, et vita hominum tanquam umbra subito pertransit. Quis memorabitur tui post mortem? et quis orabit pro te? Age, age nunc, carissime, quidquid agere potes; quia nescis, quando morieris, nescis etiam quid te post mortem sequetur. Dum tempus habes, congrega tibi divitias immortales.

### 死の瞑想

汝と共に現世に於て行はれた事は甚だ速に終を告げるだらう。汝は如何なる状態に在るか考へて見るがよい。今日は人間であるが、明日は最う見えなくなるであらう。人は眼から遠かるさ、心からも直ぐに忘られて了ふ。噫人の心の痴鈍にして頑固なることよ、現在の事のみを考へて、將來の事を更に慮らない。汝は何を思行するも、直ぐに死ぬべきものであるが如くに身を持つる筈である。若し純潔の良心を有つてゐるならば、死を左様懼れぬであらう。死を避けやうとするよりも、罪を避ける方がましである。若し今日準備が出来てゐなければ、明日は怎うであらう? 明日と云

ふのは不確實な日である、明日生存してゐるか否かどうして分るものか? 吾等は改過遷善すること斯く僅少ならば、長生するも何の益になるか? 遺憾ながら長命は必ずしも改遷せしめない、却て益々罪惡を重ねること屢々である。どうか吾等は一日でも此世に善を送りたいものである。多くの人々は其の改心の年月を算へてゐるけれども、其の改遷の効果が往々僅少である。死去すること怖ろしいと云ふならば、長生することは尙危更險であらう。自分の死ぬる時を常に忘れずして、毎日死の準備をしてゐる者こそ幸福である。若し偶々人の死ぬるのを見たならば、汝も同じ道を通るべき者だと云ふことを考へる筈である。朝になつたならば、夕までは持つまいと考へよ。夕になつたならば、翌日ありと思つてはいけない。だからいつも準備をして、死神に不意打をくはされぬやうな生活をしなければならぬ。

死ぬる時に斯くありたかつたと思ふやうな生活を今のうちに送るやうに努めてゐる者は幸福で且用心深い者と謂はればならぬ。

<sup>オロカ</sup>噫愚痴の人よ、汝は安全な日を一日も此世に送つてゐないのに、長く生き存へるだらうと思ふか? 如何に多くの人々が迷妄を盡いて、不意に形骸を脱せしめられることよ! 汝は幾度聞いたであらう、某は刀で殺された、某は水に溺れた、某は高い所から落ちて頭を碎いた、某は食事しながら息を絶つた、某は遊びながら最期を遂げた、或人は火で、或人は劍で、或人はバストで、或人は賊の手にかゝつて死んだと云ふことを; 斯くして凡ての人の終は死である、そして人の生命は宛然影の如く消えて了ふ。汝の死んで後誰が汝を想起する者があらうか? 誰が汝の爲に祈念する者があらうか? いざ、友よ、汝の行ひ得ることは、今直ぐに行へよ。何ぞなれば汝は何時死ぬるかを知らず、死んで後何が汝に起つて來るかも知らない。時を有つてゐる間、朽ちざる寶を貯へよ。

(IV)

**De studio et lectione.**

Attende lectioni et doctrinæ, amice. Sicut avis ad volatum; sic tu ad laborem natus es, præsertim ad scientiam et virtutem.

Si sine libris, sine studio et lectione manes, es utique sicut miles sine armis, sicut equus sine frenis, navis sine remis, scriptor sine calamo, avis sine pennis, cæcus sine ductore.

Quære etiam pro teipso, amice, scientiam virtutis; quære perfectionem statui tuo necessariam; hanc autem in pia et quotidiana lectione invenies.

Ibi pascetur animus tuus, ibi de die in diem novis stimulis excitabitur ad omne opus bonum.

Ne multa cursim legas, sed pauca collecto animo.

Cum legeris, lectionis medullam in corde tuo absconde; et rursus revocata ruminetur, ruminata, foeda tua corrigat, pulchra tua plus ornet.

Vis, amice, vis multum proficere? vis ad virtutem accendi? Majorum tuorum doctorumque virtute præditorum vitas pervolve.

Illorum intuens exempla, imitaberis vigorem. Oh! quantum valent exempla! plus utique quam præcepta.

Miraberis, et dices: Homines erant, sicut ego; fragiles, sicut ego; ad malum proni, sicut ego: ecce tamen quomodo computati sunt inter clarissimos doctores sapientissimosque viros. Nonne non potero quod illi.

Lege, amice; lectio te ignarum docebit, te otiosum arguet, te torpentem excitabit, te dormientem exstimulabit:

Te errantem corriget, te corruentem eriget, te vane ridentem terreat, te lugentem consolabitur, te humilem laudabit, te superbientem vituperabit.

Te debilem confortabit, te præsumentem reprimet, te turbatum mitigabit, te tristem lætificabit, te perversum damnabit, te pium justificabit.

Intra igitur in cubiculum tuum, et exclude tumultus mundi; ama cellam, et in silentio et quiete lectioni et studio vaca.

Crede mihi: cella continuata tibi dulcescat: et si eam bene incolueris et custodieris, brevi fiet tibi dilecta amica et gratissimum solatium.

O amice! equidem quandoque recreatione et

ambulatione opus est. Sed cui? certe non otioso,  
verum studioso viro.

Noli igitur dare animo tuo recreationem, nisi  
illam prius merueris per mentis applicationem.

Alicuim, cum hora transierit, nihil nisi gravita-  
tem conscientiae et cordis dispersionem reportabis.

Lætus enim exitus tristem sæpe reditum parit:  
et læta vigilia serotina triste mane facit.

### 勉強と讀書

友よ、讀書と學問に専心從事せよ、鳥は飛ぶ爲に生れた如く、  
汝は勤勞の爲に生れたものである、就中學問と徳行の爲に。

若し書物もなく、勉強することもなく留存してゐるならば、確  
に武器なき兵士の如く、響なき馬の如く、楫なき船の如く、筆な  
き作家の如く、羽なき鳥の如く、案内者なき盲者の如くである。

友よ、汝自身の爲にも道德學を求めよ；汝の身分に必要な進  
境を求めよ；而してこれは敬虔な、そして日毎の讀書によつて求  
め得るであらう。

其處に於て汝の精神は養成せられ、其處に於て日に新たに又日  
に新たに一切の善行が鼓舞奨励さるゝであらう；

決して急速に多讀する勿れ、注意して精讀せよ。

讀書するときには、讀書の精髓を汝の心に藏せよ；再び咀嚼し  
得られるやうに、再嚼されたものが、汝の汚醜のものを改め、汝  
の美麗なものを益々光彩あらしむるやうに。

友よ、汝多く利益せんこと〔進境せんこと〕を欲するか？ 徳に熱  
中せんことを欲するか？ 汝の祖先〔先進〕及び徳邵き學者の傳記  
を讀げ。

彼等の手本を見て、努力を學べ、嗚呼手本は實に効力がある！確  
に教訓にも優る。

汝は感驚して曰ふならん：彼等も我の如く、人であつた；我の  
如く、脆弱であつた、我の如く、惡に傾き易かつた；然るに知名  
の學者聰明の哲人〔賢哲の士〕の班に列した。我も亦彼等の如くな  
る能はざるか？

友よ、讀書せよ；讀書は汝の無學なるを教導し、汝の遊惰なる  
を非難し、汝の冷淡なるを奨励し、汝の眠れるを攪醒するだらう。

汝の彷徨せるを矯正し、汝の失墜せるを引起し、汝の空しく笑  
ひつゝあるを恐れしめ、汝の泣けるを慰め、汝の謙遜なるを賞讃  
し、汝の倨傲なるを譴責するだらう。

汝の虛弱なるを強固にし、汝の自負せるを抑制し、汝の苛立て  
るを和らげ、汝の悲めるを悦ばしめ、汝の邪惡なるを懲罰し、汝  
の敬虔なるを正證するだらう。

故に汝の室に入りて世の騷擾を避けよ、書齋を愛して、默然心  
を靜めて讀書と勉強に從事する筈である。

吾言を疑ふ勿れ；書齋は之に慣るれば樂せならん；又よく之に  
住み、之を守らば、やがては親愛すべき友となり、極めて快心の  
慰藉となるだらう。

あゝ友よ！勿論時々休息や散歩の必要があらう。然し誰に〔必  
要があるか〕？ 確に遊惰の者にてはない、篤學の士に〔必要〕であ  
る。

故に休息は先づ専心從事したために之を爲すに値した後でな  
ければ、之を汝の心に與へてはならぬ。

否らざれば、時過ぎたるとき、良心の重苦と放心を廢すの外は  
ない。

何となれば喜んで出づれば悲んで歸り；な前の長き歡樂は翌朝  
の悲苦となるのが例である。

**Vita Samsonis.****1. Samsonis nativitas, ejusque robur stupendum.**

Quum Hebræi in potestate essent Philistæorum, et ab illis affligerentur, natus est Samson, futurus ultor hostium.

Hujus mater diu sterilis fuerat; sed ei Angelus Domini apparuit, prædixitque eam parituram filium qui cives suos in libertatem aliquando vindicaret.

Enixa puerum, nomen Samsonis ei indidit.

Puer crevit. Intonsam habuit comam, nec vinum nec siceram bibit; incredibili fuit corporis robore: obvium leonem manu interfecit.

**2. Samsonis in Philistæos vexationes.**

Samson adultus Philistæos multis affecit cladibus; cepit trecentas vulpes, quarum caudis accensas lampades alligavit, et in hostium agros immisit.

Tunc forte messis matura erat: ita facile incendium fuit.

Omnes segetes, vineæ et oleæ exustæ sunt; nec inimicam gentem variis incommodis vexare destitit.

Traditus Philistæis, rupit vincula quibus constrictus fuerat, et arrepta maxilla asini, hoc telo quod casus dederat, mille hostium prostravit.

**3. Samson urbis Gazæ postes et seras humeris tollit.**

Quadam die Samson urbem ingressus est, ibique pernoctaturus videbatur.

Philistæi, occasionem captantes, portas obserari jusserunt, ne quis exiret.

Per totam noctem expectabant silentes, ut Samsonem mane exeuntem interficerent.

At Samson media nocte surrexit, venitque ad portam urbis, quam invenisset clausam, humeris sustulit cum postibus et seris, atque in verticem montis vicini portavit.

**4. Samson a conjuge proditur.**

Tandem Philistæi, qui Samsonem comprehendere nequiverant, illius uxorem pecunia corruperunt, ut ea virum proderet.

Mulier viro persuasit ut sibi indicaret causam tantæ vitutis; et ubi rescivit vires ejus in capillis



sitas esse, caput dormientis totondit, atque ita eum Philistæis tradidit.

Illi, effosis oculis, vinctum in carcerem conjece-  
runt, diuque ludibrio habuerunt.

Sed spatio temporis crinis ac:isus crescere, et  
cum crine virtus redire cœpit; jamque Samson  
consciis recepti roboris justæ ultionis tempus op-  
periebatur.

#### 5. *Mors Samsonis.*

Erat Philistæis mos, quum dies festos agerent,  
producere Samsonem quasi in pompam publicam,  
captique insultare.

Die quadam, quum publicum convivium celebra-  
retur, Samsonem adduci jubent.

Domus, in qua omnis populus et principes Philis-  
tæorum epulabantur, subnixa erat duabus columnis  
miræ magnitudinis.

Adductus Samson inter columnas statuitur.

Tum ille occasione utens columnas concussit, et  
turba omnis obruta est ruina domus. simulque  
Samson ipse cum hostibus non inultus occubuit.

## サムソンの傳記

### (一)

#### サムソンの誕生及其驚くべき力.

ヘブレブ人がヒリステア人の權内に在つたとき、又彼等から苦  
められてゐたとき、敵の未來の復仇者なるサムソンが生れた。

其の母は石婦〔不妊婦〕であつた；然るに上主の天使が彼女に  
示現した、そして彼女が子を生むであらう、其子は異日自分の市  
民を自由にする爲に復讐するだらうと預言した。

彼女は子供を生んで、之にサムソンと云ふ名を附けた。

子供は生長した。頭髪を剃らず、葡萄酒も海棗酒も飲まなかつ  
た；體力は信じられない程であつた；むかつて來る獅子を手で  
殺した。

### (二)

#### サムソンのヒリステア人迫害.

サムソンは生長してヒリステア人にいろいろの艱難をおはせ  
た；三百疋の狐を捕へ、其の尾に火把を縛付け、そして敵の島に  
放つた。

其時偶々收穫物が熟してゐた；それで火災は容易かつた。

凡ての穀物や、葡萄や野菜などが焼失した；それから又敵人を  
いろいろな迫害で苦めることを止めなかつた。

ヒリステア人に渡されて、縛られてゐた鎖を破り、そして驢馬  
の頸骨を執り、之を偶然が與へた鎗として千人の敵を倒した。

### (三)

サムソン、ガサ町の城門と門を肩で拔取る。

或日サムソンは町に這入つた、又其處に徹夜するやうに見えた。  
〔見られた〕。

ヒリステア人は、機會に乗じて、城門の門をおろし、誰も出ないやうに命じた。

終夜黙して(鳴りをしづめて)待つてゐた、サムソンの朝出て行くところを殺さうとして。

然るにサムソンは眞夜中に起きた、そして城門のところへ来たところから城門の閉ぢてあるのを見たから、城門を門と諸共に抜き取つて、附近の山の頂に擔いで行つた。

#### (四)

##### サムソン妻より裏切らる。

最後にヒリステア人はサムソンを捕へることが出来なかつたから、彼れの妻を金で悪化させて〔贈賄して〕、良人を渡すやうにした。

婦人は良人を勧誘して、斯程の大力の原因を自分に示すべく承知させた；そして其の力が頭髪にあると云ふことを知つたとき、眠れる彼れの頭髪を剃り、斯くして彼をヒリステア人に渡した。

彼等は目を剃り、縛つたまゝ獄舎に投じた、そして永く嘲弄してゐた。

然し時の經つ間に、斬られた頭髪がのび、頭髪と共に力が回復し初めた；最早サムソンは回復された力を自覺して至當な復讐の時期を待つてゐた。

#### (五)

##### サムソンの死去。

ヒリステア人は、祭日を執行するとき、サムソンを公衆の歡興にでもするやうに引出して、縛られた儘で侮辱することを例にしてゐた。

或日公衆の宴會の舉行されたとき、サムソンを引きつれて來ることを命じた。

衆民とヒリステア人の首領等が御馳走をしてゐた家は、不思議に大きな二本の柱で支持されてゐた。

サムソンは引きつれられて柱の間に立てられた。

其時彼は機會を利用して柱を動かした、そして群衆は總倒となつて、家の下敷となつた、同時にサムソン自身も敵と共に復讐しながら斃れて了つた。

#### (VI)

##### Vita Tobiae.

##### 1. *Pueritia Tobiae.*

Inter captivos qui deducti sunt in Assyriam, fuit Tobias.

Is, ab ineunte ætate, legem divinam sedulo observabat.

Quum esset puer, nihil tamen puerile gessit.

Denique, dum irent omnes ad vitulos aureos, quos Jeroboamus rex Israelis fecerat, et populo ad-  
o andos proposuerat, hic solus fugiebat societatem omnium: pergebat autem ad templum Domini, et ibi adorabat Dominum.

##### 2. *Tobiae religio et fraterna charitas.*

Tobias adultus uxorem duxit, habuitque filium, quem ab infantia docuit timere Deum, et ab omni peccato abstinere.

Quum in captivitate abductus esset, eandem in Deum pietatem semper retinuit; omnia bona quæ habere poterat, quotidie exilii sui comitibus imperiebat, eosque monitis salutaribus ad colendum Deum hortabatur.

Gabelo cuidam egenti decem talenta, quibus a rege donatus fuerat, perhumaniter commodavit.

### 3. *Tobiæ sollicitudo erga mortuos.*

Postea exortus est novus Assyriorum rex Israelitis infensus, qui eos vexabat, necabat, et sepeliri vetabat.

In hac calamitate Tobias fratres invisebat, miseros consolans, egenos opibus suis juvans, et mortuos sepeliens.

Ea res nuntiata est regi, qui jussit Tobiam interfici, et bonis omnibus spoliari.

At Tobias cum uxore et filio delituit, sicque regis iram effugit.

### 4. *Tobias pietatem convivio anteponebat.*

Die quodam festo, quum domi lautum convivium paravisset, misit filium et aliquot e sociis ad prandium invitaret.

Reversus filius nuntiavit patri hominem Israelitam jacere in foro mortuum.

Exiliens statim Tobias cadaver occulte portavit domum ut illud noctu sepeliret.

Sui illum amici ab hoc officio dehortabantur; at Tobias magis Deum quam regem timens, id facere non destitit.

### 5. *Tobiæ cæcitas et patientia.*

Tobias in præstando solito officio defatigatus, incubuit arieti et obdormivit. Forte ex nido hirundinum stercora calida inciderunt in oculos dormientis; unde cæcus factus est.

Quam calamitatem ideo permisit Deus illi evenire, ut esset illustre patientiæ exemplum posteris propositum ad imitandum.

Nam Tobias adeo patienter tulit cæcitatem, ut neque illum querentem quisquam audierit, neque ille eo minus constanter Deum coluerit.

### 6. *Tobias a furto alienissimus.*

Uxor Tobiæ in texenda tela comparabat ea quæ ad victum erant necessaria. Quadam die domum attulit hædum, quem pretio laboris quotidiani emerat.

Hædum balantem audivit Tobias; et veritus ne furto ablati esset, dixit uxori: Vide ne iste clam alicui ereptus sit, redde illum domino suo; nefas enim est nobis ex rapto vivere. Adeo vir justus ab omni improbitate abhorrebat!

7. *Monita Tobie ad filium.*

Tobias mortem sibi imminere putans vocavit filium suum: Audi, inquit, fili mi, verba patris amantissimi, eaque penitus memoriæ tuæ infixæ hæreant, ut vitam sapienter instituas.

Quotidie de Deo cogita, et cave ne unquam in eum pecces, ejusque præcepta negligas.

Miserere pauperum, ut Deus tui misereatur: quantum poteris, esto beneficus et liberalis. Si tibi magnæ opes suppetant, multum tribue; si parvæ, parum, sed libenter; quoniam beneficentiâ hominem ab æterna morte liberat.

Superbiam fuge, neque eam in animum aut in sermonem sinas obrepere.

8. *Monitorum Tobie continuatio.*

Quod tibi non vis fieri, aliis ne facito, fili mi. Si quis tibi opus fecerit, statim ei mercedem per-

solve; consilium semper a viro sapiente exquire; ne societatem cum improbis jungito.

Quum ex hac vita decessero, sepeli corpus meum; matrem tuam colito, memor malorum quæ passa est dum te in utero gestaret; et quum ipsa supremam diem obierit, eam ponito mecum in eodem sepulchro.

9. *Decem talenta Gabelo commodata.*

Hoc etiam te moneo, fili mi, me commodavisse decem argenti talenta Gabelo, qui nunc commoratur in urbe Medorum.

Tum adolescens patri: Omnia, inquit, ut præcipis mihi, faciam, pater; quomodo autem illam pecuniam a Gabelo recipiam, ignoro; nam neque ille me, neque ego illum novi; nec qua via eatur in Mediam scio.

Cui Tobias pater: Chirographum Gabeli habeo, quod quum illi exhibueris, statim reddet pecuniam; sed quære tibi hominem fideiæm, qui tibi sit dux viæ.

10. *Angelus Raphael, Tobie socius.*

Egressus Tobias invenit juvenem stantem, et

accinctum ad iter faciendum; quem ignorans Angelum Dei esse, salutavit:

Unde es, o bone juvenis? Sum, inquit ille, unus ex Israelitis.

Nostine, ait Tobias, viam quæ ducit in Mediam? Novi, inquit, et sæpe usus sum hospitio Gabeli, qui ibi habitat.

Tobias ea lætus renuntiat patri, qui accessitum juvenem interrogavit an vellet esse filii comes et itineris socius, promissa mercede. Id se velle respondit juvenis.

Itaque Tobias valedixit parentibus, simulque ambo dederunt se in viam, et canis secutus est eos.

#### 11. *Matris Tobie querelæ.*

Profecto Tobia, cœpit mater ejus flere, et acerbe queri quod vir suus dimisisset filium.

Cur nos orbasti solatio senectutis nostræ? melius fuit carere ista pecunia ad quam recuperandam filius missus est; satis erat nobis quod filii conspectu frui liceret.

Cui maritus: Noli flere, inquit; incolumis filius perveniet in Mediam, incolumis ad nos revertetur;

Deus mittet Angelum qui ei prosperum iter præstet. Quibus verbis sedata mulier tacuit.

#### 12. *Tobias a pisce liberatur.*

Interea Tobias et angelus pervenere ad flumen Tigrim; et quum adolescens accessisset ad ablucandos pedes, ecce piscis ingens exsiliit, quasi illum devoraturus.

Ad cujus adspectum Tobias perterritus exclamavit: Domine, invadit me. Cui angelus: Apprehende illum, et trahe ad te.

Piscis attractus in ripam aliquamdiu palpitavit, et exspiravit.

Tunc jussit angelus fel piscis seponi, utpote medicamentum salutare; deinde partem carnis coxerunt comedendam in via.

#### 13. *Angelus Tobiam alloquens prope Raguelis domum.*

Ut appropinquaverunt urbi quæ vocabatur Ecbatana, dixit Tobias angelo: Apud quem vis ut diversemur in hac urbe?

Cui angelus: Est hic, inquit, vir quidam cognatus tuus, nomine Raguel, is nos hospitio ex-

cipiet: habet filiam unicam, quam te oportet uxorem ducere; pete eam a patre, nec dubito quin postulationi tuæ libenter annuat. Deus enim has tibi destinat nuptias, et omnes Raguelis facultates jure hæreditario ad te pervenient.

14. *Tobias in familia Raguelis excipitur.*

Eos lætus excepit Raguel, qui conspicatus Tobiam, dixit uxori suæ: Quam similis est hic adolescens cognato meo!

Tum ad hospites conversus: Unde estis, boni juvenes? Qui responderunt: Sumus ex Israelitis urbis Ninives. Nostisne Tobiam? Novimus. — Tum Raguel cœpit Tobiam laudibus efferre. Quem interpellans angelus: Tobias, inquit, de quo loqueris, pater istius est. Raguel complexus adolescentem ait. Tibi gratulor, fili mi, quia boni et optimi viri filius es. Uxor Raguelis et filia collacrymaverunt.

15. *Tobiæ matrimonium.*

Deinde Raguel jussit apparari convivium; quumque hospites hortaretur ut discumberent: Neque ego comedam, inquit Tobias, neque bibam, nisi prius filiam tuam mihi desponderis.

Cui Raguel: Deus profecto meas preces audivit, quapropter noli dubitare quin eam tibi hodie daturus sim uxorem.

Accepta charta, fecerunt conscriptionem conjugii, et laudantes Deum, mensæ accubuerunt.

16. *Gabelus ad Tobiæ nuptias adducitur.*

Raguel Tobiam obtestatus est ut apud se quindecim dies moraretur. Cujus voluntati obtemperans, Tobias rogavit angelum ut solus adiret Gabelum, paternamque pecuniam ab illo reciperet.

Itaque angelus, sumptis camelis, properavit Ragem, suum Gabelo chirographum reddidit, pecuniam illi creditam recepit, eumque ad nuptias Tobiæ adduxit.

17. *Parentum Tobiæ anxietas.*

Interea Tobias pater erat animo anxio et sollicito, quod suus filius in redeundo tardior esset. Quare tamdiu moratu: filius? inquiebat mœrens; forsitan Gabelus moruus est, et nemo est qui illi reddat istam pecuniam; illum abesse a nobis vehementer doleo. Cœperuntque ipse et uxor ejus flere.

Præsertim luctus matris nullo solatio levari

poterat. Hæc quotidie domo egressa circuibat vias omnes, qua filium suum rediturum esse sperabat, ut procul videret eum, si fieri posset, venientem.

18. *Reditus Tobie.*

Consumptis quindecim diebus, Raguel voluit Tobiam retinere; sed Tobias: Oro te, ait, dimitte me quamprimum; scis enim parentes meos nunc animo angi mea causa.

Tandem a socero dimissus, cum uxore ad patrem redibat.

In itinere dixit illi angelus: Statim ut domum ingressus fueris, Deum adora; et complexus patrem, lini oculos ejus felle piscis quod servasti: tunc sanabuntur oculi ejus, teque et cælum pater lætus conspiciet.

19. *Tobias pater filium lætus osculatur.*

Dum Tobias urbi appropinquaret, mater ejus, ut solebat, in vertice montis sedebat, unde prospicere in longinquum posset; vidit illum procul venientem, currensque nuntiavit viro suo.

Tunc canis, qui simul fuerat in via, præcurrit, et quasi nuntius adveniens, cauda sua hero adlabatur.

Confestim pater consurgens cœpit offendens peditus currere, et, data manu servo, processit obviam filio. Osculatus est eum, cœperuntque ambo præ gaudio lacrymas fundere.

20. *Sanatio Tobie.*

Quum ambo Deum adoravissent, eique gratias egissent, consederunt. Deinde Tobias oculos patris linivit felle piscis; et, post dimidiam ferme horam cœpit albugo quasi membrana ovi ex oculis ejus egredi, quam aprehensam filius extraxit, atque ille statim visum recepit.

Tunc læti omnes collaudabant Deum; propinqui quoque Tobie convenerunt, gratulantes ei omnia bona quæ Deus illi impertierat,

21. *Angelus Raphael sese revelat.*

Deinde Tobias narravit parentibus beneficia quæ acceperat ab eo itineris duce, quem hominem esse putabat; quare obtulerunt illi dimidiam partem pecuniæ quam attulerant.

Tunc ille dixit eis: Ego sum Raphael angelus unus ex septem qui adstamus ante Deum; misit me Dominus ut sanarem te; nunc tempus est ut

ad eum revertar a quo missus sum. Vos autem debitas Deo grates rependite.

Hæc locutus, ab illorum conspectu ablatus est, nec ultra comparuit.

## 22. Pia mors Tobie.

Tobias, postquam visum receperat, vixit annis duobus et quadraginta. Instante morte, vocatum filium monuit ut semper in timore Domini perseveraret. Tum placida morte quievit.

Mortuo patre, Tobias filius perrexit ad socerum suum Raguellem, illumque omni officio coluit.

Denique, quum attigisset novem et nonaginta annos, ipse vita excessit. Omnes autem ejus liberi et nepotes domesticam virtutem sunt imitati, Deoque pariter et hominibus grati et accepti fuerunt.

### (五)

## トビアスの傳記

### (1)

#### トビアスの幼年時代

アッシリアに引きつれられて行つた俘虜の中にトビアスと云ふ者があつた。彼は幼少より神の掟を忠實に遵守してゐた。

子供であつたときにも、子供らしいことは<sup>スコ</sup>毫<sup>シナ</sup>も爲<sup>シ</sup>かつた。

それで、凡ての人々が、イスラエルの王イエロボアームスが造つて、人民に拜ませるやうに設置した金牛に〔參詣に〕行つたとき、彼のみは凡ての人々の仲間を避けて、上主の聖堂に進み行き、其處で上主を拜んでゐた。

### (2)

#### トビアスの宗教心と友愛

トビアスは成長して妻を娶つた、そして子を擧げた、それには幼時より神を畏敬して、凡ての罪を避けるやうに教へた。

俘虜に引きつれられて行つたとき、神に對して同じ敬虔をいつも保つてゐた；自分の手に入れるこゝろが出來た凡ての寶物は、毎日自分の追放仲間配給した、そして有益な訓言を以て神を崇拜するやうに勧めた。

ガベロなる者が困窮してゐたとき、王から賜はつた十タレント(古の貨幣)を親切に融通してやつた。

### (3)

#### 死者に對するトビアスの親切

其後アッシリアの新らしい王が起つたがイスラエル人に敵意を狭み、彼等を害迫したり、殺害したりして、葬むることを禁じた。

此の艱難の秋にトビアスは同胞を見舞つた、可哀相な者を慰めたり、困窮な者を自分の資力で助けたり、又死者を葬つたりして、

此事が王に告げられたので、王はトビアスを殺して、凡ての財産を略奪することを命じた。

然るにトビアスは妻子と共に隠れ、斯くして王の逆謀を遁れた。



(4)

トビアス饗應よりも敬虔を重んず。

或祭日に家で立派な御馳走を調理したとき、交友の中より若干な朝食に招待するやうに子供を遣はした。

子供は帰宅してイスラエル人が市に死んで横臥してあると父に告げた。

トビアスは直ぐに飛び出で、屍を竊に家に持つて来た、それを夜間葬むるやうに。

彼れの友達に斯うした世話を止めるやうに勧めたけれども、トビアスは王よりも寧ろ神を畏れて、之を爲すことを止めなかつた。

(5)

トビアスの盲目及堪忍。

トビアスは慣れてある世話をなしながら疲れて、壁に寄りかかつて睡つた。偶々燕の巢から熱い糞が睡てゐた者〔トビアス〕の目に落ちた、それで盲者となつた。

此の災難の彼れの身に出来るのを神が赦した譯は、有名な堪忍の手本を後人に示して模倣せしめるが爲であつた。

何ぞなればトビアスは盲目を非常に辛抱強く忍んだから、誰も彼れの不平を鳴らすのを聞いたものがなく、彼もまたそれが爲に神を絶えず崇敬する念が薄らかなかつた。

(6)

トビアス窃盜を避忌す。

トビアスの妻は機を織つて生計に必要なものを買求めてゐた。或日毎日の稼ぎの金で買つた仔牛を家に持つて来た。

トビアスは仔山羊の鳴くのを聞いた；そして盗み取つて来たのではないかとおそれて、申した：あれはコソコソ誰かから奪つて来たのではないか、あれを其の主に戻せ；何ぞなれば盗んだもので暮すことは吾々によるしくないことだ。義しい人は斯くまで凡ての不正を嫌悪してゐた。

(7)

トビアスの子に對する教訓。

トビアスは死期の身に迫まるを感じて自分の子と呼んで曰ふには：吾子よ、親愛すべき父の言を聞け、そして性行を賢明に律するやうに其言を深く爾の記憶に銘刻せよ。

毎日神に就て考へよ、そして決して神に罪を犯さぬやう、又神の掟を忽にせざるやう注意せよ。

神が爾を憐むやうに、爾は貧乏人を憐め：出来るだけ慈悲深く且寛大なれ。若し爾が大産あらば、多く與へよ、若し小産ならば、少し、されど驚揚に；何となれば慈善は人を永遠の死より救ふ。

傲慢を避けよ、それが心に又は話に入るを任すな。

(8)

トビアス教訓の續き。

吾子よ、爾の欲せざる所、之を他人に施すな。若し誰か爾の爲に仕事をしたならば、直に之に代金を拂へよ；いつも賢者より訓言を求めよ；悪人と交りを結ぶな。

私が逝去したならば、私の遺骸を葬れ、爾の母が爾を胎内に孕つてゐたとき苦んだ患難を記憶して、爾の母に孝行を盡せよ；そして彼女が死去したならば、私と一緒に同じ墓に葬れよ。

(9)

### カベルスに貸した十タレンタ。

吾子よ、私は銀のタレンタ十枚をカベルスに貸したことを爾に告げる、彼は今メディアの町ラヂェスに住んでゐる。

時に青年は父に申すには：父上様、何事も御命の通りに致しません；かゝるしてその金をカベルスから受取りませうか、分りません；何ぞなれば其人は私を知らず、私も其人を知りません；それにどの道がメディアに行くかも知りません。

父トピアスは之に〔答へて曰ふには〕：私はカベルスの自筆の証文を持つてゐる、それを彼に見せるならば、直ぐに金を返すであらう；然し爾の道案内となる忠實な人を探れよ。

(10)

### トピアスの道連、ラファエル天使。

トピアスは外出して、青年の立つて旅支度してゐるのを見た；それが神の使であるを知らずに、挨拶をした：

好青年よ、何處の御方ですか？ 彼は曰つた、私はイスラエル人の中の一人です。

トピアスは曰つた、メディアに行く道を御存知ですか？ 彼は曰つた、知つてゐます、そして私は其處に住んでゐるカベルスのところにたびたび宿を取りました。

トピアスはよるこんでそれを父に告げた、父は青年を呼んで報酬を約束して、吾子の交友となり、道連となることを望むかと訊いた。青年はそれを望むと答へた。

それ故トピアスは父母に別れを告げると同時に二人で旅路についた、そして犬が彼等のおともをした。

(11)

### トピアスの母の口説

トピアスが出發してから、其母が泣き初めた、そして自分の良人が子供を遣はしてやつたまで激しく口説き〔初めた〕。

何ぞ吾々の老の杖より吾々を引離しましたか？ 子供を受取りに遣つたあんな金などを持つてゐない方がましでありました；子供を眼前に置いて樂んでゐさへすれば澤山であつた。

良人は之に答へた：泣くのは止して呉れ、子供は恙なくメディアに到着して、恙なく吾々のところへ歸るだらう；神は天使を遣はして彼子に幸な道中を與へて下さるだらう。

婦人は此の言葉で静められて黙つた。

(12)

### トピアス大魚より救はる。

其間にトピアスと天使はチグリス河に到着した；そして青年が足を洗ひに近いたとき、見よ大魚が飛出て、彼を呑まうとした。

トピアスは之を見て喫驚して叫んだ、主よ、我を饜はんさす、さ。天使は之に答へた：彼をつかまへて、自分の方に引張れよ。

魚は岸の方に引張られてしばらくビクビク動いてゐたが、やがて死んだ。

其時天使は魚の臍を効能のある薬として取つて置くやうに命じた；それから肉の方を途中で食べるために調理した。

(13)

### ラゲルの家の近くに天使トピアスに語る。

エクバタナと稱せられた町に近づいたとき、トピアスは天使に

語つた：吾々は此町に於て誰のところに滞在したらよいでせう。

天使は答へた：此處には貴下の親類である人で、ラゲルと名くる者が居りますから、其人が私共を宿してくれるでせう；ひまり嬢を持つてゐますから、それを貴下は娶る筈です；その嬢を父にお願なさい、貴下の願を快諾することを私は疑ひません。何ぜなれば神様が此の結婚を豫定なされたので、ラゲルの一切の財産は相続の権利上貴下の手に入るでせう。

(14)

#### トピマス、ラゲルの家庭に請ぜらる。

ラゲルは彼等を欣んで請け、トピマスを見て、自分の妻に語つた：此の青年は私の親類の者にどうも酷肖てゐる！

時に客人に向つて：お若い方々、何處からお出なすつた？ 彼等は答へた：ニニツ町のイスラエル人であります。トピマスを御存知ですか？—存じて居ります。—其時ラゲルはトピマスを讚め初めた。それを天使は途切つて申すには、貴下のお話になるトピマスは此〔青年〕の父です。ラゲルは青年を抱いて曰ふには：吾子よ、お前さんは善い結構な人の子だから、私はお前さんにお目出度う申します。ラゲルの妻も娘も共に泣いた。

(15)

#### トピマスの結婚。

其後ラゲルは御馳走を備へることを命じた；客人に食卓につくやうに勤めたとき、トピマスは曰つた：先づ貴下のお嬢さんを私の嫁にくださるなければ、私は食べもせず、飲みもしません。

ラゲルは之に答へた：神様は屹度私の祈願を聽いて下されたに

相違ありません、それ故彼嬢をお前さんの妻に差上げることを疑つてはいけません。

紙を受取つて婚姻證書を作つた、そして神を讚美しつゝ、食卓についた。

(16)

#### ガベルス、トピマスの宴會に導かる。

ラゲルはトピマスに十五日間自分の家に滞在するやうに強つて願つた。トピマスは其の意望に従つて、天使に獨りでガベルスのところへ行つて、父の金を彼から受取つて来るやうに願つた。

それ故天使は、駱駝に乗つて、ラゲスを指して急いで行つた、ガベルスに自筆の證文を返して、彼に貸した金を受取り、尙彼をトピマスの祝言の席につれて来た。

(17)

#### トピマス父母の心配。

其間に父トピマスは自分の子が歸りの遅いと云ふので案じ出した。悲みながら申すのに、子供は何ぞこんなに長く逗留してゐるのだらう；多分ガベルスが死んで、誰も吾子に例の金を返す者が無いのだらう；吾子が吾等を離れてゐるのが非常に悲しい。彼と其妻は泣き初めた。

取り分け母の悲みは如何なる慰安でも和げ得なかつた。彼女は毎日家を出て、自分の子供の歸るだらうと希望してゐた方々の道を廻つてゐた；若し出来ることならば、彼の來るのを遠くから見られるやうに。

(18)

### トピアスの歸國。

十五日經過して、ラゲルはトピアスを引止めやうと思つたが、トピアスは申すのに：「どうか私を成る丈け早く放して下さい；何れなれば御存知の通り私の父母は今私の爲に心に案じてゐますから。」

終に舅から放されて、妻と共に父のまゝころへ歸つて來た。

途中天使は彼に曰つた：「歸宅するや否や直ぐに神様を拜みなさい；そして父を抱いて、取つて置いた魚の膽で彼れの目を塗りなさい；さうすれば彼れの目は癒るでせう、そして父は貴下と天を悦んで見るでせう。」

(19)

### 父トピアスよろこんで子に接吻す。

トピアスが町に近づいたときに、彼れの母は、例の通り、山の頂に坐してゐた、其處から遠くの方まで見るこゝが出来るやうに；彼が遙に來るのを見て、駈けて自分の良人に告げた。

其時一緒に道中にゐた犬が先きに駈けて來て、宛も使者の如くに近づいて來て、自分の尾で主人にじやれた。

父は直ちに起きあがり躓きながら駈け出した、そして、手を召使に出して〔召使に手を引かれて〕、子供の迎ひに出て行つた。彼を接吻した上、兩人は悦びの爲に涙を流し出した。

(20)

### トピアスの快癒。

兩人が神を拜して、神に恩謝をしたとき、共に坐についた。其

後トピアスは父の目を魚の膽で塗つた；又、約半時間の後、眼翳は卵の薄皮の如く彼れの眼から出初めた、子供はそれを取つて引き出した、乃で彼は直ぐに明を復した。

其時一同よろこんで神を讚美した；トピアスの近親の者も集まつて、神の彼に賜つた凡ての幸福を彼に慶賀した。

(21)

### 天使ラファエル自ら明かす。

其後トピアスは人間であると思つてゐた彼の道案内者から受けた恩恵を兩親に物語つたから；彼等は持つて來た金の半分を彼に呈上した。

其時彼は彼等に申した：「私はラファエル天使である、神前に立つてゐる七天使の一人である；主は貴下を癒すやうに私を遣はされた；今は私の遣はされて來た御方のまゝころへ歸る時が來ました。貴下方は神様に盡すべき恩謝を盡しなさい。」

之を語つて、彼等の前から消え去つた、それからもう示視しなかつた。

(22)

### トピアスの敬虔なる死去。

トピアスは、明を復してから、四十二年間生きた。死期が迫つて、子供を呼んで、始終敬神の道に繼續して行くやうに訓言した。斯くて安らかな死で眠つた。

父が死んで、子トピアスは自分の舅のラゲルのまゝころへ行つて、凡ての孝養の義務を盡した。

終に九十九歳に達したとき、彼は逝去した。彼れの子孫は家庭の徳を模倣して、神にも人にも氣に入られて歓迎された。

(IV)

**Vita sancti Pauli, primi eremitæ.**

(1)

Inter multos sæpe dubitatum est, a quo potissimum monachorum eremus habitari cœpta sit. Quidam enim altius repetentes, a beato Elia et Joanne sumpsere principium: quorum et Elias plus nobis videtur fuisse quam monachus, et Joannes ante prophetare cœpisse quam natus sit.<sup>(1)</sup> Alii autem (in quam opinionem vulgus omne consentit) asserunt Antonium hujus propositi caput,<sup>(2)</sup> quod ex parte verum est: non enim tam ipse ante omnes fuit, quam ab eo omnium incitata sunt studia. Amathas vero et Macarius, discipuli Antonii, e quibus superior magistri corpus sepelivit, etiam nunc affirmant, Paulum quemdam Thebæum principem istius rei fuisse, non nominis; quam opinionem nos quoque probamus. Nonnulli hæc et alia, prout voluntas tulit, jactitant: subterraneo specu crinitum calcaneo tenus hominem fuisse, et multa, quæ persequi otiosum est, incredibilia fingentes. Quorum quia impudens mendacium fuit, ne refellenda quidem sententia videtur.

Igitur quia de Antonio tam Græco quam Romano stylo diligenter memoriæ traditum est,<sup>(3)</sup> pauca de Pauli principio et fine scribere disposui; <sup>(4)</sup> magis quia res omissa erat, quam fretus ingenio. Quomodo autem in media ætate vixerit, et quas satanæ pertulerit insidias, nulli hominum comperitum habetur.

(2)

Sub Decio et Valeriano persecutoribus,<sup>(1)</sup> quo tempore Cornelius Romæ, Cyprianus Carthagine, felici cruore<sup>(2)</sup> martyrium pertulerunt, multas apud Ægyptum et Thebaidem Ecclesias tempestas sæva populata est. Voti<sup>(3)</sup> tunc christianis erat, pro Christi nomine gladio percuti. Verum hostis callidus, tarda ad mortem supplicia conquirens, animas cupiebat jugulare, non corpora; et ut ipse, qui ab ipso passus est, Cyprianus ait,<sup>(4)</sup> *volentibus mori, non permittebatur occidi.*

(3)

Cujus ut crudelitas notior fiat, duo memoriæ causa exempla subjicimus. Perseverantem in fide martyrem, et inter equuleos lamina que victorem,

jussit melle perungi, et sub ardentissimo sole religatis manibus post tergum, reponi; scilicet ut muscarum aculeis cederet, qui ignitas sagittas ante superasset.

Alium juvenili ætate florentem, in amoenissimos hortulos præcepit abduci; ibique inter lilia candentia et rubentes rosas, cum leni juxta murmure aquarum serperet rivus, et molli sibilo arborum folia ventus præstringeret, super exstructum plumis lectum resupinari, et ne inde posset excutere, blandis actorum nexibus et sermonum alloquiis irretitum relinqui. Quid ageret miles Christi, et quo se verteret, nesciebat. Quem tormenta non vicerant, superatura erat voluptas. Tandem coelitus inspiratus, præcisam mordicus linguam in hostis faciem exspuit; ac sic libidinis sensum succedens doloris magnitudo superavit.

(4)

Per idem ergo tempus quo talia gerebantur apud inferiorem Thebaidam, cum sorore jam viro tradita, post mortem amborum parentum, in hæreditate locupleti Paulus relictus est annorum circiter sexdecim, literis tam Græcis quam Ægyptiacis apprime

eruditus, mansueti animi, Deum valde amans. Et cum persecutionis procella detonaret, in villam remotiorem et secretiorem secessit. Verum quid pectora humana non cogit auri sacra<sup>(1)</sup> fames? sororis maritus coepit prodere velle, quem celare debuerat. Non illum uxoris lacrimæ, ut assolet,<sup>(2)</sup> non communio sanguinis, non spectans cuncta ex alto Deus, ab scelere revocavit; aderat, instabat, crudelitate quasi pietate utebatur.

(5)

Quod ubi prudentissimus adolescens intellexit, ad montium deserta confugiens, dum persecutionis finem præstolatur, necessitatem in voluntatem vertit; ac paulatim progrediens, rursusque subsistens tantundem, atque hoc idem sæpius faciens, tandem reperit saxeam montem,<sup>(1)</sup> ad cujus radices haud grandis spelunca lapide claudebatur. Quo remoto (ut est cupiditas hominum occulta cognoscere), avidius explorans, animadvertit grande vestibulum, quod, aperto desuper cælo, patulis diffusa ramis vetus palma contexerat, fontem lucidissimum ostendens;<sup>(2)</sup> cujus rivum tantummodo foras erumpentem, statim modico foramine eadem, quæ

generat aquas, terra sorbebat. Erant præterea per exesum montem haud pauca habitacula, in quibus scabræ jam incudes et mallei, quibus pecunia signatur, visebantur. Hunc locum Ægyptiorum litteræ ferunt furtivam monetæ officinam fuisse, ea tempestate qua Cleopatraræ junctus est Antonius.

(6)

Igitur adamato (quasi quod a Deo sibi offerretur) habitaculo, omnem ibidem in orationibus et solitudine duxit ætatem. Cibum et vestimentum ei palma præbebat. Quod ne cui impossibile videatur, Jesum testor et sanctos angelos ejus, in ea eremi parte, quæ juxta Syriam Saracenis jungitur, et vidisse me monachos, et videre, e quibus unus per triginta annos clausus, hordeaceo pane et lutulenta aqua vixit, alter in cisterna veteri (quam gentili sermone Syri *gubbam* vocant) quinque caricis per singulos dies sustentabatur. Hæc igitur incredibilia videbuntur his qui non credunt omnia possible esse credentibus.

(7)

Sed ut ad id redeam unde digressus sum, cum

jam centum tredecim annos beatus Paulus vitam coelestem ageret in terris, et nonagenarius in alia solitudine Antonius moraretur, (ut ipse asserere solebat) hæc in mentem ejus cogitatio incidit, nullum ultra se monachum in eremo consedissee. At illi per noctem quiescenti revelatum est, esse alium interius<sup>(1)</sup> multo se meliorem, ad quem visendum deberet proficisci. Illico, erumpente luce, venerabilis senex infirmos artus baculo regente sustentans, cœpit ire velle quo nesciebat. Et jam media dies coquente desuper sole fervebat, nec tamen a cœpto itinere abducebatur, dicens, "Credo in<sup>(2)</sup> Deum meum, quod olim conservum, quem mihi promisit, ostendet." Nec plura<sup>(3)</sup> his, conspiciatur hominem equo mixtum, cui opinio poetarum Hippocentauro vocabulum indidit. Quo viso, salutaris impressione signi armat frontem, et, "Heus tu, inquit, quanam in parte hic servus Dei habitat?" At ille barbarum nescio quid infrendens, et frangens potius verba quam proloquens, inter horrentia ora setis<sup>(4)</sup> blandum quæsivit alloquium; et dexteræ protensione manus cupitum indicat iter, et sic patentes campos volucris transmittens fuga, ex oculis mirantis evanuit. Verum hæc utrum diabo-

lus ad terrendum eum simulaverit, an (ut solet) eremus, monstruorum animalium ferax, istam quoque gignat bestiam, incertum habemus.

(8)

Stupens itaque Antonius, et de eo quod viderat secum volens, interius progreditur. Nec mora<sup>(1)</sup>: inter saxosam convallem laud grandem homunculum videt, aduncis naribus, fronte cornibus asperata, cujus extrema pars corporis in caprarum pedes desinebat. Ad hoc Antonius spectaculum, scutum fidei et lorica spei,<sup>(2)</sup> ut bonus proceliator, aripuit: nihilominus memoratum animal palmarum fructus eidem ad viaticum, quasi pacis obsides, offerebat. Quo cognito, gradum pressit Antonius, et quisnam esset interrogans, hoc ab eo responsum accepit: "Mortalis ego sum, et unus ex accolis eremi, quos vario delusa errore Gentilitas, Faunos, Satyrosque, et incubos<sup>(3)</sup> vocans, colit. Legatione fungor gregis mei. Precamur ut pro nobis communem Dominum depreceris, quem in salutem mundi olim venisse cognovimus; et in universam terram exiit sonus ejus." Talia loquente, longævus viator ubertim faciem lacrimis rigabat, quas

magnitudo lætitiæ indices cordis<sup>(4)</sup> effuderat. Gaudebat de Christi gloria, et de interitu Satanae: simulque admirans, quod ejus posset intelligere sermonem, et baculo humum percutiens, aiebat: "Væ tibi, Alexandria, quæ pro Deo portenta veneraris! Væ tibi, civitas meretrix, in quam totius orbis dæmonia confluxere! Quid nunc dictura es? Bestiæ Christum loquuntur, (et tu pro Deo portenta veneraris)." Necdum verba compleverat et quasi pennigero volatu petulcum animal aufugit.

Hoc ne cui ad incredulitatem scrupulum moveat, sub rege Constantio universo mundo teste, defenditur. Nam Alexandriam istiusmodi homo vivus perductus, magnum populo spectaculum præbuit: et postea cadaver exanime, ne calore æstatis dissiparetur, sare infuso, Antiochiam, ut ab imperatore videretur, allatum est.

(9)

Sed ut propositum persequar, Antonius cepta regione pergebat, ferarum tantum vestigia intuens, et eremi latam vastitatem. Quid ageret, quo verteret gradum, nesciebat. Jam altera cfluxerat dies, Restabat unum, ut deserri se a Christo non posse



confideret. Pernox secundas in oratione exegit tenebras: et dubia adhuc luce, haud procul intue- tur lupam, sitis ardoribus anhelantem, ad radicem montis irrepere. Quam secutus oculis, et juxta speluncam, cum fera abiisset, accedens, intro coepit aspicere, nihil curiositate proficiente, tenebris arcen- tibus visum. Verum, ut Scriptura ait, *perfecta dilectio foras mittit timorem*,<sup>(1)</sup> suspenso gradu et anheritu temperato, callidus explorator ingressus, ac paulatim progrediens, sapiusque subsistens, sonum aure captabat. Tandem per caecae noctis horrorem procul lumen intuitus, dum avidius pro- perat, offenso in lapidem pede, strepitum concita- vit: post cujus sonitum beatus Paulus ostium quod patebat occludens, sera obfirmavit. Tunc vero Antonius pro foribus corruens, usque ad sextam, et eo amplius, horam aditum precabatur, dicens, "Qui sim, unde, cur venerim, nosti. Scio me non mereri conspectum tuum: Tamen nisi videro, non recedam. Qui bestias suscipis, hominem cur repellis? Quaeivi, et inveni: pulso, ut aperiatur."<sup>(2)</sup> Quod si non impetro, hic moriar ante postes tuos; certe sepelies vel cadaver."

Talia perstabat memorans, fixusque manebat.

Ad quem responsum paucis ita reddidit heros:

"Nemo sic petit, ut minetur: nemo cum lacrimis calumniam facit, Et miraris si non recipiam, cum moriturus adveneris?" Sic arridens Paulus patefecit ingressum. Quo aperto, dum in mutuos miscentur amplexus, propriis se salutavere nomi- nibus: Gratiae Domino in commune referuntur.

(10)

Et post sanctum osculum residens Paulus cum Antonio ita exorsus est: "En quem tanto labore quaesisti! putribus senectute membris operit inculta canities. En vides hominem, pulverem mox futu- rum! Verum quia charitas omnia sustinet<sup>(1)</sup>, narra mihi, quomodo se habeat humanum genus: an in antiquis urbibus nova tecta consurgant; quo mun- dus regatur imperio; an supersint aliqui, qui demonum errore rapiantur."

Inter has sermocinationes suspiciunt alitem corvum in ramo arboris concedisse, qui inde leni- ter subvolans integrum panem ante ora mirantium deposuit; post cujus abscessum. "Eia, inquit Paulus, Dominus nobis prandium misit, vere pius,

vere misericors. Sexaginta jam anni sunt ex quo dimidii semper panis fragmentum accipio: verum ad adventum tuum, militibus suis Christus duplicavit annonam."

(11)

